

Senatus consultum de Bacchanalibus.

18 [Q.] Marcius L. f., S(p). Postumius L. f. cos. senatum consoluerunt n(onis) Octob. apud aedem | Duclonai. Sc(ri)bedo) arf(uerunt) M. Claudi(us) M. f., L. Valeri(us) P. f., Q. Minuci(us) C. f.

De Bacanalibus, quei foideratei | esent, ita exdeicendum censuere:

‘Neiquis eorum [B]acanal¹ habuisse velet; sei ques | esent, quei sibi deicerent necesus ese Bacanal habere, eeis utei ad pr. urbanum | Romam venirent, deque eeis rebus, ubei eorum v[e]r[b]a² audita esent, utei 5 senatus | noster decerneret, dum ne minus senatoribus C adesent [quom e]a res cosoleretur. | Bacas vir nequis adiese velet ceivis Romanus neve nominus Latini neve socium | quisquam, nisei pr. urbanum adiesent, isque [d]e senatuos sententiad, dum ne | minus senatoribus C adesent quom ea res cosoleretur, iousiset.³ Ce[n]suere. |

Sacerdos nequis vir eset; magister neque vir neque mulier quis- 10 quam eset; | neve pecuniam quisquam eorum comoine[m h]abuisse ve[l]et; neve magistratum, | neve pro magistratu[d],⁴ neque virum [neque mul]ierem quiquam fecisse velet; | neve post hac inter sed conioura[se nev]e comvovise neve conspondise | neve conpromesise velet, neve quisquam fidem inter sed dedisse velet. | Sacra in [o]quoltod⁵ ne quisquam fecisse velet; 15 neve in poplicod neve in | preivatod neve extrad urbem sacra quisquam fecisse velet, nisei | pr. urbanum adieset, isque de senatuos sententiad, dum ne minus | senatoribus C adesent quom ea res cosoleretur, iousiset.⁶ Censuere. |

Homines plous V oinvorsei virei atque mulieres sacra ne quisquam | fecisse velet, neve inter ibei virei plous duobus, mulieribus⁷ plous tribus | 20 arfuisse velent, nisei de pr. urbani senatuosque sententiad, utei suprad | scriptum est.²

Haice utei in coventionid exdeicatis ne minus trinum | noundinum, senatuosque sententiam utei scientes esetis, — eorum | sententia ita fuit: ‘sei ques esent, quei arvorsum ead fecissent, quam suprad | scriptum est, 25 eeis rem capitalem faciendam censuere² — atque utei | hoce in tabolam abenam inceideretis, ita senatus ai quom censuit, | uteique eam figier iou-beatis, ubei facilumed gnoscier potisit; atque | utei ea Bacanalialia, sei qua sunt, extrad quam sei quid ibei sacri est, | ita utei suprad scriptum est, in diebus X, quibus vobeis tabelai datai | erunt, faciatis utei dismota 30 sient. In agro Teurano.⁸

Tabula athena rep. in vico Calabriae Tiriolo, nunc Vindobonae (Ritschl tab. XVIII; 1496 cf. X404). — A. 568 de Bacchanalibus sacrisque nocturnis quaeri

1) sacanal, 2) utra, 3) iousisent, 4) magistratuo, 5) aquoltod, 6) iousisent aes. — 7) Ser. mulieres. — 8) Haec tria verba litteris maioribus adiecta.